

CAPUT IX.

SEQUITUR δευτέρως & secundario. Estq; vel
Fallacia petitionis ejus, quod in princi-
 pio, vel *Consequentis*.

Petitio principii est, quum κρινόμενον pro-
 batur per κρινόμενον h. e. quum dubium
 probatur vel per se ipsum, idq; vel verbis
 planè iisdem, vel æquipollentibus, vel per
 aliud æquè vel magis dubium aut contro-
 versum. Sic ille apud *Plautum*: *quid tu dicis?*
Respondet alter: hoc quod tu audis. Alter
 rursus: *quid ego audio?* ille: *hoc quod tu dicis.*

Petitio Principii dicitur, quasi Repeti-
 tio principii, seu prioris. *Regius l. 5. Dissp.*
Log. probl. 10.

Annotatio.

Aristoteles vocat, τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι, pe-
 tere id quod fuit in principio, i. e. repetere
 conclusionem, quæ principio ponebatur
 probanda. ut: *terra movetur, quia circum-*
agitur. *Pythagorica vera sunt, quia αὐτὸς*
ἔφα. *Papa Romanus est caput Ecclesiae, quia*
summam potestatem habet in Ecclesiâ. *Cæ-*
lum est perpetuum & incorruptibile, quia
 non